Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



gratie non ministrant. Vnde et bene psalemonem
in puerbis. dicit. Qui abscondit frumenta. maledicet. in populis:
Frumenta quippe abscondere est predicationis sce apud se
uerba retinere. In populis aut talis quisq; maledicitur:
quia in solius culpa silentii pmultorū quos corrigere potu
it pena dampnat. Si medicinalis artis minime ignari.
secandum uulnus cerneremus. et tam secare recusaremus. pro
fecto peccatū fraterne mortis et solo torpore tōmiteremus.
Quanta ergo culpa inuoluamur aspiciant. qui dum cog
noscant uulnera mentiū. curare ea negligunt et sectione
in esaia. uerborum. Vnde et bene ppphetā dicit. Maledictus
qui prohibet gladium suū a sanguine. Gladium quippe
a sanguine phibere est predicationis uerbum a carnalis uite
interfectione retinere. De quorum gladio dicitur:
in deuteronomio. Et gladius meus manducabit carnes. Hi itaq; cum apud
se sermone predicationis occultant. diuinas contra se
sententias terribiliter audiant. quatenus aliorū cordib
timorem. timor di expellat. Audiant qd talentum
qui erogare noluit. cū sententia dampnationis amisit.
Audiant quod paulus eo se a primorū sanguine mundū
in actibus apl̄ce credidit. quo feriendis eos uiciis n pepercit dicens: Con
testor uobis hodierna die quia mundus sum a san
guine omniū uestrum. Non enim subterfugi quo
minus annuntiarem omne consilium di uobis.